

## Band XI., Nr. 5311, Seite 289-290

*Abt Hermann von Weingarten gibt den drei Brüdern Mistführer von Überlingen die von C. Riedhausen gekauften Güter in Lengenweiler als freies Zinslehen.*

Ohne Ortsangabe, 1299. Juli 12.

Her. permissione domini abbas et conventus monasterii de Wingartin omnibus presentis scripti auditoribus in auctore salutis salutem. Facile in causam dubii revocatur hoc quod pre oculis vel firmo memoriali infixum non habetur. Nos denique hiis dubietatibus provisuri fatemur, quod . . . et . . germani cives in Überlingen a suis concivibus dicti Mistführer<sup>1</sup> servi nostri cenobii curiam et mansum et duas seldas cum suis curtibus in Lengenwiler aput Ringenburc localiter situata a C. dicto Riethusen nato quondam R. de Riethusen cum omnibus suis apendiciis iuribus seu pertinentiis legaliter ac omni excluso dolo pro decem et novem marcis argenti venditam seu vendita emerunt et hoc pretium dicto venditori fideliter testamur in continenti apensum et solutum. Ante dicta vero bona propter disparem conditionem inter dictum Riethusen et prescriptos fratres ex apposito conducto cum omni iure suo absolute in nostri monasterii iurisdictionem sunt devoluta, que bona cum omnibus iam expressis commoditatibus utilitatibus in liberum feodum censuale pro fertone cere in festo Martini nobis presentando singulis annis semotis omnibus impedimentis contulimus dictis fratribus et heredum suorum *successionibus* dicta libertate in perpetuum possidenda, quibus si voluerint ante habita bona sub titulo friges cinslehen alienare in extraneas personas nullus e nobis vel nostris successoribus obsistat vel impedire presumat dicto censu nobis salvo. Huic tenoris continentie nostri testimonii fulcimento suffragamur hanc relationem sigillis nostris in cautelam consignantes.<br> <br> Datum anno domini millesimo CCLXXXX nono, quarto idus Julii.

—

Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Auffallend altertümliche Schrift. An weißen leinenen Litzen die Siegel des Abts und des Konvents von Weingarten, s. WUB, Bd. VIII, S. 182, Nr. 2901 bzw. Bd. VI, S. 292, Nr. 1900.

<sup>1</sup>Vgl. die Urkunden von 1295 Juni 15 (WUB, Bd. X, S. 363, Nr. 4690) und von 1299 Juli 4, WUB, Bd. XI, S. 281, Nr. 5301.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

Stadtarchiv Überlingen

**Signatur/Titel des Originals:**

Reichsstadt A 490

**Editionen:**

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.  
1=40 (1886) - [...], Bd. 13, S. 462.

## Weitere Angaben

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Aussteller:**

Hermann; Abt von Weingarten

**Ortsindex:**

Esenhausen : Wilhelmsdorf RV<br> Esenhausen Wohnplatz (20574)<br> Lengenweiler Wohnplatz (20579)<br> Lengenweiler, Wilhelmsdorf, RV<br> Riedhausen Wohnplatz (20175)<br> Riedhausen, RV<br> Weingarten Wohnplatz (20565)<br> Weingarten, RV<br> Überlingen Wohnplatz (18447)<br> Überlingen, FN